



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Brevis Expositio Propositionum Damnatarum

Didacus <ab Aragonia>

Venetiis, 1728

Recensentur quinque Propositiones Cornelii Jansenii Episcopi Ippensis
Damnatae ab Innoc. X. Per quandam Constitutionem suam, quam
Alexander VII. ac Clemens XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42653

cum pacto, quod alter suæ obligationi satisfaciat, v. gr. audiat Missam die festo, impleat votum, satisfaciat debito liquido?

Resp. Esse licitum, quando hujusmodi pactum non superaddit novum onus, quod magis gravet mutuatarium, quam mutuatio gravet mutuantem, passim hæc nova promissio non censetur magis gravare quam antecedens obligatio. Ex hucusque dictis collige praxim, amice lector, & Deo gratias age, si in tui commodum aliquid utilitatis attulerit hic libellus, quem S. Romanæ Ecclesiæ infallibili judicio subiectum esse volo.

Recensentur quinque Propositiones

CORNELII JANSENII

Epistoli Irenensis

Damnatæ ab INNOC. X.

*Per quandam Constitutionem suam,
quam Alexander VII. ac
Clemens XI.*

Postea confirmarunt, & innovarunt, tenor verò earum Propositionum est, prout sequitur.

I. **A**liqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant.

2. In

2. Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ
anunquam resistitur.

3. Ad merendum, & demerendum in
statu naturæ lapsæ non requiritur in homi-
ne libertas à necessitate, sed sufficit liber-
tas à coactione.

4. Semipelagiani admittebant præveni-
entis gratiæ interioris necessitatem ad sin-
gulos actus, etiam ad initium fidei, & in
hoc erant hæretici, quod vellent, eam gra-
tiam talem esse, cui posset humana vo-
luntas resistere, vel obtemperare.

5. Semipelagianum est dicere, Christum
pro omnibus omnino hominibus mortuum
esse, aut sanguinem fudisse.

Quarum propositionum prima damnata
est tanquam temeraria, impia, blasphem-
ia, & hæretica: 2. ut hæretica, ac 3. si-
militer. 4. ut falsa, & hæretica. 5. ut fal-
sa, temeraria, scandalosa, & intellecta
eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat
Prædestinatorum mortuus sit; impia, blas-
phemia, contumeliosa, divinæ pietati de-
rogans, & hæretica, cum directè ad verse-
tur doctrinæ Scripturarum, Concilio-
rum, ac Sanctorum Patrum.

Sequuntur Propositiones damnatae à
SS. D. N.

ALEXANDRO PAPA VII.

Feria 3. die 24. Septembris 1665.

1. **H**omo nullo unquam vitæ suæ tem-
pore tenetur elicere actum Fidei,
Spei, & Charitatis, ex vi præceptorum
Divi.